

Johann Christoph Rosteuscher Sigismund Lange

Dissertatio Moralis De Iudicio Zeli apud Hebraeos usitato,

Gedani: Rhetius, 1692

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn79643459X>

Druck Freier  Zugang



CIc – 1065.1

Q. C. F.
DISSERTATIO MORALIS
DE
JUDICIO ZELI

apud Hebræos usitato ,

Quam

IN INCLYTO GEDANENSIVM ATHENÆO
P R Æ S I D E

DN. JO. CHRISTOPHORO
ROSTEUSCHERO,

Phil. Prim. & Pract. Professore Ordinario
& Reip. Bibliothecario,

*Fautore suo, Studiorumque Promotore æternâ
mentis observantiâ colendo ,*

Solenniori Censuræ submittet

SIGISMUNDUS LANGE, Gedan.


AUCTOR.

Instituetur Conflictus

IN AUDITORIO MAJORI

D. XVII. Julii A. O. R. M. DC. XCII.

Horis Matutinis.



G E D A N I,

Typis DAVIDIS FRIDERICI RHETII.

V I R O S
GENEROSUM, PERMAGNIFICUM, MAXIME
STRENUUM, CONSULTISSIMUM
DN. DANIELEM SCHRA-
DERUM,

Consulem Inclytæ Gedanensium Reip. longè Meritis-
simum, multisque in Patriam modis adhuc præclare meren-
tem, Scholarcham, & Consilii Bellici Adfes-
forem Gravisimum.

Nec non

AMPLISSIMUM AC SPECTATISSIMUM
DN. DITZSCH SCHMIDTZE/

Laudatissimi Ejusdem Emporii Gedanens. Civem
ac Negotiatorem Florentissimum,

DOMINOS, PATRONOS atq; COGNATOS
multis nominibus jugiter colendos,

PROsequitur Pietas teneris infixæ medullis
Consecrat & Titulis *Nomina Vestra* suis.
Vestrum dum recolit Sacratum sanguine *Nexum*,
Quem Thalami ratio Matris habere monet.
Zeloten Vestris jam sistere vultibus audet,
Quamvis promittat pignora parva manus;
At *Zelus* semper cum sit conjunctus amori:
Judicium Zeli pignus amoris erit.
Ergo hoc acceptâ, *Fautores*, sumite fronte,
Parva nec ingenii temnite dona mei:
Sic his auspiciis Virtutis Compita carpet
Felix, se Vobis mente manuque vovens.

Vestr. Ampli.

Clientis devotissimus

SIGISMUNDUS LANGE.

ἑπεισόδια.

- I. *Licet pro temporis aliarumque circumstantiarum ratione citra peccatum zelum aliquando bonum quadantenus cohibere.*
 - II. *Zelus etiam bonus, si Vires nostras superet, redditur eo ipso vitiosus.*
 - III. *Ius aggratiandi ad quaedam se delicta, neutiquam verò ad omnia extendit.*
 - IV. *Promissa facti per se illiciti, aut, quod causam habet naturaliter vitiosam, etiam post crimen perpetratum obligationem nullam habent.*
 - V. *Injuriae auctor contra vindicantem iuste se defendere nequit, nisi prius oblatam ideò satisfactionem alter respuerit.*
-

Iudicium Zeli doctâ dum discutis arte,
Pignora iudicii prodis aperta Tui.
Scilicèt eximio Zelus te suscitât œstro,
Et thyrsu pectus nobiliore fodit.
Gratulor, & pulcrum studiorum in tramite Zelum
Prosperet ut cœli gratia sancta, precor.

*Politissimo Domino Respondenti Auctori, Juveni
verè Studiofo, Auditori hactenus suo ob in-
genii alacritatem, modestiam animi & in-
dustriam indefessam impensè dilecto, quævis
felicia ex animo apprecatus scribèb.*

M. JO. CHRIST. ROSTEUSCHER P.P.

E

EN.

EN.

NOVUM. IN. PALÆSTRA. LITERARIA. CERTAMEN.
QUO. GAMMA. QUIDEM. BETAM. NON. PERSEQUITUR
SED. VIRTUS. VIRTUTEM. PROVOCAT.

FAMA. FAMAM.

ZELO. RES. OMNIS. PERAGITUR.

LAUDANDUM. PRORSUS. ZELUM.

QUL

IN. CONATU. SUDOREM.

IN. SUDORE. ARDOREM.

IN. ARDORE. CONSTANTIAM.

IN. CONSTANTIA. VICTORIAM.

TESTATUR.

CUNCTA. CERNIS.

QUISQUIS. LANGI. NOSTRI: ZELO. ERGA. LITERAS.

STIMULATI. CONSCRIPTAS. DE ZELO. CHARTAS.

CONSPICIS. EVOLVIS. LEGIS.

PROFECTO.

NON. EX. COENO. SOCORDIÆ. TORPORISQVE.

SED. EX. CÆNA. NI. FALLOR. PLATONICA.

PROGNATUS. EST. HIC. ZELUS.

AD MAGNA MAJORUM. VIRTUTUM INCREMENTA

IMO. MAXIMA. CONTENDENS.

EGREGIA. MUNITUS. ÆGIDE.

AST.

QUID. ALIUD. TANTO. ZELO. QUAM. PERENNEM.

COELI. GRATIAM. FAVOREMQUE. SPIRITUS. ÆTERNI.

EX. CHARITATIS. LEGE.

TOTUS. APPRECARER.

THEOPH. JUNGIUS.

Sonnet.

Sonnet.

Der Sonnen-Blumen Lust ist auff die Purpur-Wangen
Des Phæbus stets gewand: Das Eisen ist verpicht
Auff den Magneten-Stein: Und der hat sein Gesicht
Nur stets nach Norden zu: Also ist dein Verlangen
Mit enfriger Begier der Weißheit anzuhangen/
Auff diesen Nectar-Thau ist stets dein Sinn gericht;
Der Ruhm/ den allezeit Apollo sonst verspricht.
Zieht dich je mehr und mehr/ sich deß zu unterfangen
Das bey der Nachwelt lebt. Du läst beherzt uns hören
Was dein geschickter Kiel bedachtsam auffgesetzt;
Es soll/wiewohl es nicht in harten Stein geächt/
Der Rost der stillen Zeit dasselbe nicht verzehren.
Ich wünsche so viel Glück/ als Hybla Kräuter hegt/
So viel dein Vaterland der guten Früchte trägt.

Dieses wolte seinem Vielwehrlen Freunde etia
Zeichen der Schuldigkeit blicken zu lassen/
zu Leipzig willigst auffsetzen

Simon Weiß / Thor.

AN Zeli Pinchas fuerit Clarissimus Auctor,
Judicium Zeli solvit Amice tuum:
Si tanto Sophies percures dogmata Zelo,
Quanta feret *Zelus* germina pulcra tuus!

Pauca hæc

*Erudissimo hujus Dissertationis Auctori, A-
mico ut hæcenus ita & imposterussem-
per carissimo, ex Academia Lipsiensi tranf-
mittere voluit, debuit*

Gabriel Grodeck, Gedanensis.

E 2

Judi-

Judicium Zeli dum sistis, sistis acumen,
Quo jam Judicium pollet, Amice, tuum.
Hocce pio studiorum acuas Zelo, & Tibi fortis
Præmia Zelotes digna Labore dabit.

Amico paucula hæc calamo depro-
perab.

Nathanael Grischow. Gedan.

Arecto præcipitem frano compescere zelum
Qui nescit, diri criminis auctor erit:
Hæc tua dum docto tradit sapientia scripto,
Ingenii ingenui vena benigna patet.
In studiis zelum servans, dare terga furenti
Continues zelo: Coelica dona feres.

Præstantiss. Dn. Auctori amico suo integer-
rimo de zelo feliciter differenti pau-
cis hisce gratulatur

Abrahamus Groddeck. Gedan.

Judicium zeli doctis Tua pagina pandit,
Indicium Cæli sit Tibi quantus amor;
Hic etenim præclara struit Tibi fama trophæa
Perpetuumque decus præstat, Amice, tuum,

Nobilissimo atque Eximio Dno. Respondenti
Auctori, Amico ob singularem animi
candorem sibi Charissimo, paucula hæc
gratulabundus adjiciebat

Johannes Godofredus Kirsch.

Jch

Ech solte/ Liebster Freund / dir Ehren-Zeilen setzen/
Das Wollen hab ich zwar; nur Kräfte fehlen mir/
Und gerne wolt ich auch nicht deinen Ruhm verletzen/
Deshwegen stelle ich vor mir die Fama für/
Die fast dein weisses Blatt mit einem Jubel-Klange/
Und rufft in alle Welt: So schreibt der Edle Lange!

Martinus Neugebauer.

DA meinem blöden Geist/ Thalia wolte weisen
Durch Krafft der Dichter-Kunst und ihrer Sittigkeit
Dich Wehrtgeschätzten Freund gelahrt und hoch zu preisen/
Da dein berühmter Fleiß den klugen Satz bereit.
War bald der Musen-Chor mit hellem Schall umgeben/
Es sprach: Der ist mein Freund/ der ist Minerven Sohn/
Der Pallas keusche Brust gewidmet anzukleben/
Die Tugend reichet Ihm/ mit Ruhm die Ehren-Kron.
Was ist dein schwacher Geist ihn mit dem Kiel zu rühmen/
Da aller Musen-Witz bey ihm die Wohnung hält.
Ich hielt es für ein Wahn/ Ihm mit dem Reim zu dienen/
Ich ruffe frölich nach: Glück zu dem Musen Held!

Mit diesen wenigen Zeilen/ hat seinem Hochgeehr-
ten Herrn Dheim seine pflichtschuldige Auf-
wartung bezeugen wollen

Joachim Heinrich Schrader/
von Dankig.

FErvida flagrantis cognoscere spicula Zeti;
Quam Tibi sit cura, dulcis Amice probas,
Talia dum duri monstras documenta laboris,
Quis non in laudes, surgeret usque tuas.

Vivit

*Vivit in aeternum doctrina candida fama
Atque suam Prolem posteritate beat.
Sic Tua jam pariter Praeonia tempora tanget,
Quin Musas dignus concomitetur honos.
Ipse DEUS justus cui servis cuncta secundet,
Et placido ducas candida vela mari!*

His lineis exiguis brevissimisquè affectum prolixis-
simum, erga Nobilissimum, Doctissimumquè
Dn. Respondentem, Amicum, Cognatumquè
Intimum contestari comprobarequè voluit
& debuit

Daniel. Schraderus, Gedanensis.



Q. D. B. V.

P R O O E M I U M.

Celebris ille Hebraeorum Doctor, qui Magni Scaligeri (*) judicio primus inter Judaeos nugari desit, quique communiter נשר הגדול Aquila Magna Hebraeis audit (**). R. Moses Maimonides, hominem cultioribus Sapientia studiis deditum, inque iisdem feliciter satis proficere conantem delineaturus, tria potissimum in eodem deprehendi voluit requisita, ut videlicet esset ורדע לשמוע וירדע לשאורל ולהשיב (***) aptus ad audiendum, interrogandum & respondendum. Cujus praclari admodum moniti & ego haud immemor, haecenus omni, quâ par est, animi contentione id egi, ut secundum vulgarem apud Hebraeos formulam (****) המתאבק בעפר רגלי החכמים pulverizans me in pulvere pedum Sapientum, ab eorum semper ore penderem, à quibus animum ab inscitia veperetis liberari, inque eorum locum במדות וברעות theoreticis practicisque præceptis, quibus olim Josuam lateri suo adherentem instruxisse dicitur Moses apud Abarbanelem (*****). Imprimis verò illud in præcipuâ felicitatis meae parte numeravi, quod in illustri hoc

A

erudi-

(*) Lib. 1. Epist. 62.

(**) Vid. Fagius in Capit. PP. pag. 7. Geier. de Luctu Hebr. p. 3. & plur. ap. Pocockium in Not. ad portam Mosis praefat. & collectum apud Thom. Pope Blount in Censur. Celebr. Auctor. p. 275. Edit. Lond.

(***) Comment. Sanhedr. cap. 2. citante Altungio Dissert. Academ. pag. 360.

(****) Vid. Pircke Avoth. cap. 1.

(*****). Comment. in legem fol. 313, column. 2.

eruditionis emporio, patrio scilicet Athenao, cui me debere plurimum gratâ mente profiteor, non tantum saluberrima Virorum eruditorum monita auscultare mihi licuerit, sed quod etiam de iis, quae forte intellectu difficiliora esse videbantur, cum iisdem conferre interrogando, atque ita in meliorem praeceptorum doctrina intelligentiam pervenire expeditâ magis viâ potuerim. Illud itaque superesse adhuc animadvertēbam, ut & tertium illud, quod Maimonides in homine discendi cupido deprehendi vult requisitum, publicè pro virium mearum modulo probarem, & quid valeant humeri, quid ve ferre recusent, Respondendo etiam aliquo modo experirer. Quod ut solenni more susciperetur, haud inconsultum fore arbitratus fui, si per otia domestica, mea qualiscunque opera rationem habens, in elaborando Themate aliquo, quod disquisitioni publica occasionem praeberere posset, temporis aliquid collocarem. Placuit itaque ex Hebraeorum imprimis pharetrâ depromptum argumentum, in foro Morali haud parum controversum, seligere, **Judicium** scilicet, quod vocant, **Zeli**; cui dum secundum Regulas doctrinae Moralis sollicitius enucleando accingor, L. B. quâ par est, animi reverentiâ rogo, ut juveniles hosce conatus in meliorem interpretari partem dignetur, memor illius in Pircke Avoth (*) אל תהי בו לכל אדם במעשיו ואל תהי מפליג לכל דבר שאין לך אדם שאין לו שעה. b. e. Nullius unquam hominis conatus sperne, nec abijce prorsus rem ullam: cuilibet enim homini sua est hora, & cujuslibet rei suus esse aliquando locus solet. *DEUM* interim, ut suo nobis auxilio clementissimè succurrat, devotè imploramus.

§. I. In-

(*) Cap. 4.

S. I.



Incumbit autem nobis ante omnia, ne in ferendo deinceps iudicio cespitet haud satis de Zeli iudicio, ejusque naturâ instructus animus, neve idem nobis contingat, quod de errore in Literarum studiis semel contracto traditur in *Cod. Talmud. Pesachim* (a) כיון דעל ערל שבשתא *errorem semel admissum*

latius progredi, ad Hebræorum scita conferre animum, indeque, quæ ratio usurpati ab illis iudicii fuerit, paucis in antecessum addiscere. Solet illud communi vocabulo Hebræis appellari משפט קנאין. Ubi quidem ex familiari more nomine משפט jus agendi quodcunque sive verum illud sit, sive apparens, designari solet, eadem prorsus ratione, uti Latino juris vocabulo qualitas moralis, vel verè aliquando, vel apparenter & ex nudâ opinione competens personæ, ad aliquid vel justè habendum, vel agendum, denotari consuevit, uti videre est apud *Grotium*. (b) In Sacris quidem, quando sancitis à Deo rebus applicatur, plerumque de negotiis שבין אדם לחבירו, *quæ inter hominem & hominem intercedunt*, usurpari consuevit, prouti Celebris etiam ille Hebræorum Doctor Rabbi Abarbanel (c) *observat*, ubi מינים מתחלפין, *diversas species, quæ sub genere preceptorum divinatorum continentur*, explicat, quibus gemina etiam apud *Cl. Pocokium* (d) habet R. Joseph Albo. Magnus ille cæteroqui Hebræorum Juris-Consultus, Maimonides, ubi in vim vocis istius inquirat, sequentia

A 2

tradit:

(a) *Fol. 712. a.* (b) *Lib. 1. cap. §. 4.* (c) *Comments. in Leg. fol. קעז Col. 4.* (d) *In not. ad port. Mos. p. 410.*

מלת משפט הונת לרון כמה שראוי על הכרון: tradit: *Vox Mischpat sumitur de equitate in iudicio, quoties iudicatur, sicuti res requirit, sive gratiam, sive vindictam & pœnam exercendo: illam quidem, si in iudicium delatus rectè egerit, hanc, si malè, ut in Notis addit Ephodi.* Quando autem cum addito קנאין משפט קנאין falutatur, occasio appellationis potissimum ex S. Historiâ Phinees petita est, qui zelo accensus hastâ quondam trajecit Zimri Principem Tribus Simeonis & Cozbi Paganam, filiam Zur Principis Midianitarum in stupro palam deprehensos, ubi quidem à Divino Numine laudatur, *quonia Zelaretur zelum meum inter eos.* Denotat enim קנא Zelari, estque vox etiam familiaris in percelebri Lege, quam de Muliere adulterii suspectâ, & Zelotypiâ mariti tulit Deus, quanquam specialius ibi vox illa usurpetur, cum explicante *Maimonide* (f) ibidem delignet קנאי מהדברים *prohibitionem earum rerum quæ sinistram suspicionem inferre videntur.* Descendit alias inde קנא Zelus, quod nomen *μεσον* est sive ut loquitur *Oecumenius* ἐν μεσότητι ὀργᾶται ζησῶν τε καὶ Φαυλῶν *medium sumitur in bonam & malam partem;* (ff) ut & קנאי itemque Plurale, קנאים Zelotes, Zelotæ, quo nomine potissimum venire solent, qui indignitate facinoris, vel rei alicujus, in opprobrium DEI vel directè vel indirectè cedentis, commoti, ad vindictam idcirco sumendam semet excitari patiuntur, sive jam illud fiat animo prudenti ac bono, sive imprudenti ac malo: quæ ratio etiam est, quare

Geni-

(e) *More Nevochim* parc. 3. cap. 53. p. 526. ex Edit. Buxtorff. *Conf. etiam Houingerus Thes. Philol. L. 2. cap. 2. p. 539.* (f) *In Comment. ad Mascheh Sota* cap. 1. (ff) *In Cap. 3. Jacob. p. 129. Vid. & Swicerm in Thesaur. antiq. Eccles. p. 1296.*

Gentium ille Doctor Epist. ad Galat. cap. 4. bonum dicat *ζηλωται* in re bonâ, & tamen cap. 5. operibus carnis Zelum annumeret. Exemplum aliàs sacri Zeli satis luculentum Historia Maccabæorum exhibet, ubi in Judæum Modinæ, Græcis se ritibus juxta edictum Antiochi pollutentem, involat Mattathias 1. Maccab. 2. v. 24. *Id videns Mattathias Zelatus est, & contremuerunt renes ejus, & accensus est furor ejus secundum judicium Legis, & insiliens trucidavit eum super aram. Sed & Virum, quem Rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit hoc ipso tempore, & aram destruxit, & zelatus est legem, sicut fecit Phinees Zamri, filio Salom. Et exclamavit Mattathias voce magnâ in Civitate, dicens: omnis, qui zelum habet Legis, statuens Testamentum exeat post me. Confer. etiam Josephus, (g) verba illa Mattathiæ sic efferens: "Εἰ τις ζηλωτὴς ἐστὶ τῶν πατέρων ἐδῶν, καὶ τῆς τῆ θεῶ θεησεύειας ἐπέδω ἐμοὶ Si quis Zelotes sit patriorum morum & Dei cultus, sequatur me. Malo interim ac imprudenti animo Zelotarum nomen ἀπὸ τῶν ἐπὶ ἀγαθῶν ζηλωμένων ἐπέθεισαν, ab iis, qui id, quod bonum est, zelo affectabant, ut loquitur idem Josephus (h) sibi imposuere, qui facinoribus impune magis perpetrandis nomen illud olim prætendebant. Quale exemplum etiam Thuanus (i) exhibet, Zelotarum nomen usurpasse referens in Galliâ seditiosos, qui Regiarum partium & pacis studiosis, quos per contemptum Politicos appellabant, se opponiebant, quos etiam inducit, vulgò asserere solitos, Zelotam, si mentiatur, plus gratiæ apud Deum mereri, quàm Politicum, si vera dicat. Confer. etiam Becmannus. (k) In Sacris aliàs literis N. T. sæpe nomen illud usur-*

A 3

paratur

(g) Orig. Judaic. lib. 12. cap. 9. (h) De bello Judaic. lib. 7. cap. 30. (i) Lib. 40. ad Annum 1568. (k) In Medu. Polir. cap. 1. §. 1. & Hist. O. T. p. 295.

patur de iis, qui, ut loquitur Plutarchus in vitâ Grachorum, ζῆλον καλῶν ἔργων sequuntur, sive qui summo cum studio Sanctitati jubentur incumbere, quo de vid. Chrysostom. apud Edwardum Leighium. (l) In sensu aliâs huic loco competenti tribuitur citra dubium Luc. 6. Simoni Apostolo, quem etiam ante conversionem è Zelotarum Sectâ fuisse, prout Matthæus frater publicanus antea fuerat, atque inde nomen hoc Zelotæ etiam retinuisse arbitratur Clariss. Lichtfootus (ll) pari ratione ut Simon Leprosus, de quo Matth. 26. id nominis semper reservavit, eò, quod antea ipse leprâ laborasset. Existimat tamen Nicephorus (m) propter flagrantem in Magistrum suum ardorem, summamque Evangelicæ rei per omnia curam, atque ad eò per allusionem tantùm ζῆλωτην appellatum fuisse, qui & nomen illud ab alio ejus Epitheto, quod ipsi Matth. 10. tribuitur, ubi idem Cananites vocatur, discernit, nomen illud loci esse, utpote Civitatis Canæ ratus, quod etiam amplectitur Dn. D. Calovius; (n) à quâ tamen opinione, probatâ etiam olim Hieronymo, (o) discedit Joh. Seldenus, (p) nec non Hugo Grotius, (q) cujus hæc sunt verba: *Cananites non originem significat, quomodo Urias Chittæus dicitur, sed est cognomen Hebræorum כנעני, quod Lucas propriè reddit ζῆλωτης, quomodo & LXX. reddiderunt Exodi 20. v. 5. & alibi.* Conf. etiam Schindlerus, (r) & Guilhelmus Saldenus. (s)

§. II. Consistebat autem, ut rem distinctè magis explicet-

(l) In Crit. Sacr. pag 139. Vid. plur. loc. ap. Swicer. Thesaur. Ecclesiast. p. 1297. (ll) In Horis Hebraic. pag 325. (m) In Hist. Ecclesiast. lib. 2. cap. 49. (n) In Bibliis Illustr. b. 1. (o) In Comment. ad Luc. cap. 6. (p) in I. N. G. lib. 4. cap. 4. (q) In Comment. ad Matthæum. (r) In Lex. Pentaglot. pag. 1627. (s) In Orii Theolog. lib. 4. Exerc. 1. §. 17.

plicemus, illud zeli iudicium in privatâ quâdam vindictâ, quam ad trucidationem usque & capitale supplicium homini in crimine בשעת מעשה ἐπ' αὐτοφάγω deprehenso extendere privato Judæo permittebatur, quoties Sanctitatem sive Numinis, sive Templi, sive Gentis, Hebræus aut circumcissus alius, sive in Judæismum cooptatus, ita violaret, ut palàm ac in publico eam, sive denegare, sive spernere speciebus aliquot facti atrocioribus videretur, prouti in compendio rationem istius juris exponit *Seldenus*. (ff) Placuit privatam appellare vindictam, cùm non præviâ cognitione & auctoritate publicâ, sed instinctu privato suscipi soleret, ita tamen ut in exercendo jure illo tam ratione subjecti, quàm causæ impulsivæ, & modi certa requisita observari juberentur. Ratione subjecti tam agentis, quàm patientis, potissimum opus esse censebatur, ut utrinque homo Hebræus, vel ad minimum in Judæismum more apud Hebræos solenni adscitus existeret, à quo, vel adversus quem exercitium juris istius susciperetur, nisi fortè in eodem crimine cum Judæo simul homo gentilis concurreret. Quo pacto ad imitationem facti Pinehas, non tantum Zimri Principem Tribus Simeonis, sed & Cozbi filiam Gentilem confodientis, etiam in extraneum jure illo uti, licitum esse credebatur. Aliàs verò jus illud Sacro-Sanctum & Hebræis peculiare habebant, utpote הלכה למשה מסיני traditionem *Mosis de Monte Sinai*, id quod expressè testantur Gemaristæ in Codice Sanhedrin, (s) verba illa S. Codicis, de factò Phineasi loquentis, ita explicantes: $\text{כתיב וירא פנהם בן אלעזר מרה ראה אמר רב ראה מעשה וזכר הלכה אמר לו אחי אבי אבנא לנא כן למרתנו בירידתך מהר סיני הבועה זויה}$

(ff) De J. N. G. lib. 4. cap. 4. init. (s) Fol. 82. 1. edit. Amst.

זוכה קנאין פוגעין בו אמר לו קרייננה דאגרתנה איהו
 ליהוי פרוונקנה *Scriptum est, & vidit Pinehas Filius Eleazaris* (Num. 25. v. 6.) *quidnam? respondet Rab. vidit facinus aliquod, & in memoriam sibi revocavit (halachah) constitutionem, & sic Mosen allocutus est: Frater Avi mei, nonne ita edocti sumus per descensum tuum de monte Sinai; qui meretricios actus exercet cum Paganâ, in eum Zelotæ incurrunt, cui Moses respondit: Lector epistole, executor, (vel secundum Glossam Raschii) לטורא lator ejus esto.* Ad hanc autem Legem moralem, quam Deus per Mosen secundum Judæorum Commentum tradidisse fertur in Monte Sinai, implendam vel exsequendam nemo admittebatur, nisi qui simul ex Hebræorum Gente oriundus vel ad minimum profelytus justitiæ factus esset. Habebant enim duplicis generis, quod *אִם עַם פְּרוֹשִׁים*, utut vulgò notum, hic observamus, profelytos apud Hebræos, alios quidem גרי התושב *profelytos domicili, alios גרי הצדק seu profelytos justitiæ saluratos.* Illos describit juxta Veterum mentem Maimonides: (t) *אִי זֶה הוּא גַר תּוֹשֵׁב זֶה גַר שֶׁקִּיבֵל עִלּוּי שְׁלֵמָה יַעֲבֹד עֲבוּדָה זָרָה עִם שְׂאֵר הַמִּצְוֹת שֶׁנֶּצְטָוּ בְּנֵי נֹוֹר וְלֵאמֹר מִלֵּךְ וְלֹא טִבֵּל הָרִי זֶה מִקְבֵּלִין אוֹתוֹ וְהוּא מִחֲסִידֵי אוֹמֵרוֹת עוֹלָם וְלִמָּה נִקְרָא שְׁמוֹ תּוֹשֵׁב לִפִּי שְׁמוֹתָהּ לִנְנוּ לְהוֹשִׁיבֵנוּ בְּיַמֵּינוּ בְּאֶרֶץ יִשְׂרָאֵל* *Qualis nam est is, quem profelytum domicili seu inhabitantem vocamus? Is Gentilis erat, qui in se susceperat à cultu extraneo abstinere, ac cetera observare, que in Noachidarum seu omnium hominum communi jure continentur. Nec circumcidebatur ille nec baptizabatur, sed admittebant eum veluti unum ex piis e gentibus Mundi. Ideò autem nuncupabatur inhabitans seu Inquilinus, quoniam licuit nobis ei sedes inter nos assignare in territorio Israëlitico.*

Hi

(t) *In Halach. Hile. Isure biab cap. 14.*

Hi verò qui iustitiæ profelyti dicebantur, simul ac per
 מילה טבילה וקרבתן *Circumcisionem, Baptismum & ob-*
lationem seu sacrificium initiati essent, eadem tum condi-
 one, tum jure, exceptis fortè, quæ ad administrationem
 Politicæ & rem matrimonialem pertinebant, cum cæteris
 Judæis fruebantur, idque ex Lege divinâ (u) כנס כגור
 sicut vobis ita & profelyto: quæ ratio, quare Talmudici
 passim perhibeant, profelytum fuisse כישראל לכל דבר
 Sicut Israëlitam in omni negotio, atque etiam Philo, quem
 Judæi, teste Hornbeckio (w) ידידות האלכסנדרי Fedid-
 jah Alexandrinum appellant, tradat, (x) profelytis cum ori-
 ginariis fuisse ἰσοτιμίαν seu parem conditionem, atque ipsos ἐξ
 ἡρώων τῶν ἰδίων πολιτῶν non minoris atque suos Cives estimari.
 Quibus adde, quæ in eodem argumento Slevogtius (y)
 exhibet. Cæterùm ut ab Hebræo potissimùm aut Sacris
 ejusdem initiato jus istud exercebatur: ita causam ut ha-
 beret satis prægnantem, enorme scilicet & exstans faci-
 nus, quo ad zeli fervorem ultricibus armis exsequendum
 incitaretur, necesse erat. Talmudistæ quidem in *Misch-*
na Codicis Sanhedrin c. 4. §. ult. sequentia potissimùm re-
 censent, quæ causam zelo dederint. הגונב את הקסוה
 והמקלל בקוסם והכועל ארמית קנאין פוגעין בו
 כהן ששימש בשומארו און אחיו הכהנים מביאין אותו
 לב ד' אלגת פרחי כהונה מוציאין אותו חוץ לעזרה
 ומפציעין את מוחו כגורין *Qui Sacrilegium commiserat,*
qui per Idolum maledixerat, qui coitu se miscuerat cum fe-
minâ Aramæâ, Zelotus fas fuit incurrere in eum. Sacerdo-
tem in immunditie suâ Sacra obeuntem, non erat necesse, ut
 B. *Sacer-*

(u) Num. 15. p. 15. vide Massech. Jevamoth c. 5. & inde Maimo-
 nides Hilc. Issur. Biab. c. 21. §. 7. (w) De Convincendis Judæis lib.
 7. cap. 4. pag. 500. (x) Lib. de Monarch. (y) Sylloge Dispr. de
 Profelytis §. 32. pag. 895. add. Alling. Dispr. Academ. p. 266.

Sacerdotes cateri in forum deducerent, sed Sacerdotes, qui per atatem nondum ministerio Sâcro pares erant, eum extra atrium protrahabant, & cerebrum ejus fustibus elidebant. Ex quo patet, ad tria generalia capita, quicquid justam quidem ex ipsorummet mente causam præbere poterat Judicio illi exsequendo, violationem scilicet Sancti Numinis, Templi, & Gentis, reduci satis commodè posse. Ad primum pertinet Blasphemia in Deum, atrocissimum utique delictum, & quocunque modo ex Hebræorum mente vindicandum. Ita enim R. Levi Barzelonita (z) מכל מקום פוגעין בו קנאים אחר השחית והתעיב מכל מקום פוגעין בו קנאים אחר השחית והתעיב Omnis ex parte irruunt in eum Zelota, postquam perniciosâ & abominabilia locutus, suam perfricuit frontem ad evomendum verba detestanda. Quod autem sub hoc prætextu Clar. Anglus Joh. Marschamus (aa) Eques auratus, juris istius exercitium in Christum usurpasse Judæos arbitratur, cùm in confesso judiciali in eundem irruerent, eumque ignominiosè tractarent, dubium nobis haud immeritò videtur, cùm hic prævium judicium publicum intercesserit, quod autem in executione juris, zelotæ competentis, juxta communem Hebræorum sententiam locum haud habebat. Affinis huic delicto censebatur esse קללה בחוסם maledictio per Idololum, quæ ex sententiâ R. Josephi in Gemara Babylonicâ Codicis Sanhedrin l. c. hâc forte formulâ fiebat: קוסם את קוסם ינה id est, explicante Coccejo (bb) πλήξαι τὸ μαρτυρὸν τῶν εἰδωλῶν τὸν τὸ μάρτυρα αὐτῶν ὑπαγορεύοντα, & id quidem juxta Glossam Raschii l. c. לפי מעלה שנותן קסמים האלו בלבו שקוסם

(z) In Chinnch. præcept. 76. (aa) In Canone Chron. Seculo. 9. pag. 168. (bb) In Not. ad Sanhedr. pag. 74.

בו כוח לקללה בו *propter excellentiam*
quam quis Idolis illis tribuit intra animum, ac si tale idolum
mereatur virtutemq̄, habeat, ut per illud maledictio cum esse-
ctu institui possit: Quo pertinet & alia Idololatrarum isto-
 rum formula, quam in eadem Gemarâ alius Rabbino-
 rum recenset ולמקנו ולקונו לו יכהו קוסם id est, per-
 cutiat *Idolum istum & Dominum ejus & qui ipsi bona sua*
possidenda tribuit. In eundem censum etiam refertur A-
 postasia, quam & בעיקר בפירה *renunciationem fundamen-*
ti appellant, quæque præcipuè in negatione veritatis &
 Sanctitatis divinæ consistebat, tam grande utique flagi-
 tium æstimatum, quod citra cognitionem causæ à quovis
 privato Israelitâ tum dolo tum gladio illicò vindicaretur.
 Tradit illud verbis satis apertis *Maimonides (cc) ex Ve-*
terum Scitis, quæ habentur in Gemarâ Babylonicâ ad titu-
 lum *Abhoda Zarah, cap. 2.* ita differens: המינים והם
 עובדי עבודה זרה מישראל או העושה עבירות
 להכעיס אפילו אכל נבילה או לבש שעטנ
 להכעיס הרי זה מין והאפיקורוס והם שנופרין
 בתורה ובנבואה מישראל מצוה להרגן אם יש
 בידו כוח להרגן בסוף בפרהסיא הורג ואם לאו
 יבא עליהן בעלילות עד שיסכב הריגתן. *Prævarica-*
tiores, sive Minim (sic vocamus Israëlitas Idola colentes, uti
& eos, qui alias transgrediuntur ad irritandum Numen, sive in
ejus contemptum etiam si morticinium comederint, aut vesti-
bis heterogeneis fuerint induti in ejus contemptum, uti & E-
picuræi, (quo nomine continentur nobis Israelitæ, qui abne-
gant Legem & prophetias) occidendi sunt ab eo, cui facultas phy-
sica est eos occidendi, modò id gladio & palàm sive in publico
faciat. Id verò si facere nequeat, dolis cum aggrediatur, usq̄
dum

B 2

(cc) *Mischn. Thorab Hilc. Rozach. cap. 4.*

dum mors ei eveniat. Plura vide apud *Carpzovium* (dd) Referebant etiam ad hanc Divini Numinis & speciatim Sanctitatis ejus læsionem, seductionem alterius ad Idololatriam, de qua idcirco *Philo* (ee) hunc in modum differt: Necandum eum esse veluti hostem publicum sine respectu privata necessitudinis. Et illecebra ejus emittenda sunt ad omnes pietatis amatores, qui absque morâ in scelestum irruant, rati sanctitatis officium esse talem hominem occidere. Quæ Templi sanctitatem & simul מצור היראה מן המקדש præceptum de reverentiâ qua sanctuario debetur, quo de vid. *R. Levi Barzelonita* apud *Hottingerum* (ff) violabant, duo potissimum commemorantur, digna utpote, quæ à Zelo- tis citra prævium judicium publicum vindicarentur, Sacri- legium scilicet & immundities Sacerdotum in obeundis Sacris. De utroque expressè testatur *Codex Babyl. Sanhed.* consistebatque Sacrilegium in furto הקסורה sive ut in *Talmude Hierosolymitano* (fff) scribitur הקסורה pate- re sacra, quo nomine in utroque Talmude interprete *R. Jehuda* intelliguntur כלי משרל בירת המקדש כמרה Quæcumque vasa, quorum usus in sanctuario juxta illud quod occurrit *Num. 47.* ubi mentio fit, scu- tellarum tegumentis. Sacerdotum verò immundities, uti ex variis causis promanare poterat, de quibus conferri potest *Maimonides* (gg) & ex eo *Guilielmus Outramus* (hh) un- decim immunditiei fontes recensens, ita quælibet earum Sacerdotem ineptum reddebat ad sacrum munus obeun- dum, & si secus ageret, grandi eum reatu obstringebat,

quo
(dd) *In Not. ad Schickard. de Jure Regio Hebr. pag. 332. 339.*

(ee) *Lib. πρεσθούτων.* (ff) *De Jure Hebræor. p. 328.* (fff)

Sanhedrin. c. 9. fol. 26. 6. §. 11. (gg) *In præfat. ad Mickvaosh in*

Mischna (hh) *De Sacrific. lib. 1. cap. 6. §. 5. pag 67. 68.*

quo de iterum audiendus *Maimonides* (ii) העובד עבודה זרה הזור בעל מום הערל הטמא טבול יום מחוסר ניפורים האונן השכור מחוסר בגדים יותר בגדים פרום בגדים פרוע ראש שלא רחץ ידים ורגלים הוישב מי שיש בין רגליו ובין הארץ דבר חוצץ מי שיש בין ידו ובין הכלי דבר חוצץ מי שעבר בשמאלו כל אלו פסולין לעבודה ואם עבדו חללו

*id est, Idololatra, Extraneus, corporis vitio notatus, praputiatius, immundus, ad lustrationem lotus, eo die, quo lotus est, ministrans; Expiatione carens, Lugens, Temulentus, vestibus destitutus, vestibus redundans, vestes laceras habens, comam promittens, manus pedesve illotos habens, sedens, cui inier pedes & terram medium quid interpositum erat, cui medium quid erat inter manum vasque sacrum interpositum, qui manu sinistra pro dextra utebatur. His omnibus ministerium interdicitum; hi si ministrent, rem sacram polluant. Impri- mis verò hoc obtinebat, si ex cadavere humano immundities illa resultaret, à quà Sacerdotibus maximoperè cavendum erat, & quidem per expressam Legem Divinam *Levit. 21.* quem ritum & à Gentilibus in ipsorum Sacris adoptatum deinceps esse pluribus argumentis docuerunt *Meursius* (kk) *Casaubonus* (ll) *Dilherrus*, (mm) *Johan. Kirchmannus* (nn) & *Outramus* (oo) Secus atque in hoc negotio iudicat *Clar. Anglus Joh. Spencerus* (pp) qui illas pollutionum species, quæ à Sacris arcebant, ex antiquà Gentium consuetudine in Hebræorum Legem cultumque fluxisse contendit. In tali itaque immunditie si depre-*

B 3

hende-

(ii) *In Biarb Hammikdash cap. 9.* (kk) *De funer. cap. 15. & 49.* (ll) *In Theophrasti Charakt. cap. 47.* (mm) *De Caco- zel. Gentil cap. 6.* (nn) *De funer. Roman. l. 2. c. 21. & l. 3. c. 9.* (oo) *De Sacrif. Jud. lib. 1. cap. 6. pag. 68.* (ff) *De Legibus Hebr. lib. 1. cap. 8. pag. 144.*

henderetur sacris operari Sacerdos, æquum omninò esse
 judicabant Ebræi, ut vel citra prævium judicium è medio
 tolleretur, non quidem ab aliis Sacerdotibus, quod per
 inadvertentiam scribit *Lichtfootus*, (qq) sed à כהני כהונה
filiis adolescentibus Sacerdotum, in quibus, ut *Buxtorffius* (rr)
 formulam illam reddit, Sacerdotium primùm efflorescit
 quâ ratione & *Glossa Caph Nachat h. l.* in *Mischnam* cita-
 tam vocem illam explicuit בחוריים שמתחיל זקנם
juvenes, quorum barba incipit adhuc efflorescere, quique
 proximi sunt fungendo Sacerdotio. Idem verò Zeli ju-
 dicium, quod in Sacerdotem in immunditiè suâ sacrifican-
 tem exerceri permittebant, *Mischnah Cod. Sanhedrin* etiam
 in שמש במקדש זר peregrinum, qui fortè Sacris operatus
 fuerit, in templo exequi Zelotam posse contendit, quan-
 quam non omnium hæc sit sententia, sed alius quidem
 בחנק per strangulationem, sive ut eam circumscribit *Pseu-*
do-Jonathan Metaphrastes Chaldeus (ss) בשכוס סוררה
 אקושה בגו רכינה suffocationem lintei duri in medio
 molliis eum è medio tollendum esse, alius expectandum
 esse judicet, usque dum בירי שמים per manus Cæli sive
 ipsius Dei è vivis auferatur. Confer. *Coccejus* (tt) Non
 minus autem in tuendâ Sanctitate Gentis superstitiosi e-
 rant Hebræi, ut qui ex ipsorummet mente eidem vim in-
 ferre cuperet, in judicium illud Zeli incurreret. Referunt
 huc eum, qui cum foeminâ Gentili commiscebatur. U-
 bi quidem per foeminam Gentilem non quamcunque,
 sed, quæ aut profelyta domicili nondum facta, aut profe-
 lyti ejusmodi filia non esset, intelligere solent. Nefas e-
 nim habebatur, cum eâ concumbere, quæ Idolis serviret,

juxta

(qq) *Horis Hebr. Talm. in Lac. pag. 769.* (rr) *Lexic. Rab-*
bin. Talmud. pag. 1810. - (ss) *In Lev. 20. v. 10.* (tt) *In San-*
hedr. p. 75.

juxta illud *Maimonidis* (uu) אסור לישראל אשה שלמה
 Prohibitum Judæo est uxorem ducere, qua Ju-
 daismum nondum est amplexa. Quanquam illud haud
 æquè de fæminâ captivâ ex Gentilismo accipi debeat,
 cum quâ, licet gentili, instar profelytæ tamen domicilii
 habitâ, concumbere licebat Judæo, neutrquam tamen
 eam, nisi fidem prius amplexa esset, in uxorem ducere;
 quo de iterum audiri potest *Maimonides* (ww) בעור
 אשה בכותיותה אם תקפו יצרו אבל לה
 יבעלה וילך לו אבל מכניסה לתוך ביתו שנאמר
 וראית וראית בשביה אשת ופת תואר ואסור
 Si quis לבעור אותה ביאור שנייה עד שישאנה:
*Judæorum cupidine abreptus rem habet cum fæminâ, dum ad-
 hac Gentilis existit, non est, ut cum eâ cubet, & deinde abeat
 viâ suâ, sed hoc ipsi incumbit, ut à se compressam non solum
 domum suam ducat, secundum id, quod Deut. cap. 20. v. 11.
 legitur: Si videris in captivitate mulierem pulchram formâ:
 sed etiam à secundo congressu tantisper abstineat, dum eam le-
 gitimè uxorem duxerit. Ad idem omninò caput violatæ
 Sanctitatis in Gente & idcirco exercendi zeli pertinet
 traditio hominis Hebræi in manus Gentilium, in quantum
 quidem illa ab homine Hebræo qui, idcirco שמשין
 quod socium suum detulit, absolute Traditor dicitur juxta *R. Eliam* (xx) fiebat non tantum ratione
 personæ ipsius, sed & bonorum, quæ possidebat. Ita e-
 nim expresse Talmudici apud *Seldenum* (zz) אסור
 למסור ישראל בין בגופו בין בממונו מותר
 להרוג המוסר בכל מקום ואפילו בזמן הזה שאין דנין
 דיני*

(uu) *Hilc. Melachim. cap. 8. §. 7.* (ww) *l. 2. §. 2.* (xx)
apud Hotting. Thesaur. Philol. l. 1. c. 1. p. 15. (zz) *De J. N. &
 G. lib. 4. cap. 3.*

נפסו דיני נפשות ומותר להרגו קודם שימסור
Israëlitam tradere in potestatem Gentilium, quod tam de bo-
nis ejus sumendum, quam de persona. Fas autem est occidere
traditorem ejusmodi quocunque in loco; idque etiam hoc se-
culo; licet Genti nostra jam diu permessa non sint judicia capi-
talia. Quin & fas est eum occidere, antequam tradiderit.
 Nimirum æquè invisi olim habebantur apud Judæos
 Traditores, quàm qui deinceps apud Christianos eodem
 nomine, sed aliâ ex causâ oriundo appellabantur, quo
 de prolixiùs conferri possunt Rivetus (aaa) Hottin-
 gerus (bbb) Fosua Arndius (ccc) Lud. de la Cerda (ddd)
 aliique.

§. III. Non sunt autem prætermittenda etiam Re-
 quisita, quæ circa modum exercendi hoc judicium, ut ne
 illegitimus ille ex Hebræorum mente censeretur, pressè
 satis observari volebant Hebræi. Requirebatur enim an-
 te omnia, ut qui ita conficere alium ex judicio zeli vellet,
 eundem in flagranti delicto deprehenderet, deprehen-
 sumque illicò perimeret, cùm si mora quædam intercede-
 ret, nefas omnino judicaretur, interficere flagitiosum, sed
 utique tùm judicio forensi committi deberet. Id quod
 apertè satis fatetur Raschi (eee) קנאין בני אדם כשרים
 המתקנאין קנאתו של מקום פונען בו בשעה
 שרואין את המעשה אבל לאחר מכן אין מיתתו
 מסורה לזכר. *Zelotæ Viri sunt probi, qui zelo afficiuntur*
in causâ Dei: irruunt autem in eum, eâdem horâ, in quâ faci-
nus illud animadvertunt, sed aliquandiu postea non interfici-
endus est talis, sed tradendus judicio publico. In quem sen-
 sum

(aaa) *Cathol. Orihod. p. 73.* (bbb) *Hist. Eccles. Sec. 11.*
pag. 58. (ccc) *Lex. Antiq. Eccles. p. 1096.* (ddd) *Miscell. p. 32.*
 (eee) *In Gloss. ad cap. 9. Sanhedr.*

sum etiam de facto Phinees ita judicant *Gemaristæ* (fff)
 אמר רבבה בר בר חנה אר יוחנן הנור לימלך אין
 מורין לו דלג עוד אלג שאם פירש זימרי והרגו
 לפיחס נחרג עליו נהפך זימרי והרגו לפיחס אין נחרג
 עליו שהוה רודה הוה. *Rabbah Bar bar Channa refert*
dixisse R. Johannem; Si petat (Zelotes) consilium, non da-
tur imò etiam si Zimri à scorto se abduxisset, atque Pinchasus
eum tum demum percussisset, capite plectendus fuerat. Atque
adeò si conversus Zimri Pinchasum vitâ privasset, capitis pœ-
nam luendam non habuisset; nam ab ipso invadebatur. De-
 inde necesse erat, ut, antequam iudicii istius vis cum ef-
 fectu se proderet, delinquentis prius in crimine pertinacia
 tentaretur, id quod præviis quibusdam correctionis gra-
 dibus, de quibus consuli potest *Hottingerus*, (ggg) factum
 esse docent Hebræi, videlicet per admonitionem, verbe-
 ra, & vulnera, quibus mediis cohibendum prius facinus
 erat, antequam ad occisionem hominis procederetur:
 quibus nihil omninò proficientibus perseverantem tan-
 dem in flagitio, è medio tollere permittebatur. Requi-
 rebatur etiam insuper testium præsentia, & quidem nu-
 merosa satis, cùm decem illorum debuisset esse ex Libris ju-
 rидicis Hebræorum tradat *Seldenus*, (hhh) adeò ut non
 sufficeret soli zelotæ crimen illud constare, sed & aliis il-
 lud cognitum esse oporteret, quò urgente necessitate co-
 ram Iudicibus causæ suæ, quam prætendebat, in interfici-
 endo alio, justitiam eò melius tueri posset. Ut enim con-
 cessum quidem erat, Profelytum domiciliis five Noachi-
 dem unico ad minimum teste præsentem ac citra præmo-
 nitionem interficere, quod ex *Gemará Babylonicâ Codicis*

C

Sanhe-

(fff) L. c. *Sanhedr.* (ggg) *Juris Hebr. præc.* 217. p. 320.
 (hhh) *De J. N. & G. lib. 4. cap. 6.*

Sanhedrin (iii) depromptum perspicuè refert *Maimonides* (kkk) בן נח נהרג בעור אחד בלילה התראה ועל פי קרובים אבל לא בעדות אשה *Noachides ultimo afficitur supplicio ex sententiâ Judicis unici, atque ex unici testis testimonio, idque sine premonitione atq; testimonio propinquorum, minime verò ex testimonio femina.* Ita nefas omnino judicabatur, Israëlitam aut profelytum justitiæ citra התראה *premonitionem* ac testium pluralitatem, privato vel publico judicio è medio tollere, quippe quod privilegii instar ac juris solis Israëlitis singulariter competentis præcepto de judiciis à Deo Mofi in Mara adjectum esse volunt *Gemari stel. c.* quibus addi possunt, quæ ibidem *in Glossâ* prolixius *R. Salomon Farchi* differit.

§. IV. Quæ ratio fuerit judicii per zelum olim apud Hebræos instituti è luculentis testimoniis, quæ ex eorundem Pandectis conquisita adduximus hactenus, constare aliquâ ex parte posse arbitramur. Incumbit verò nobis in foro jam Morali versantibus, ulterius in actûs istius justitiæ vel injustitiæ inquirere, & nùm rectè olim homines Hebræi, atque ex jure interno (de externo enim dubium nullum est, quod impunitatem saltem in foro Civili promittit,) privato sibi ausu tale quid arrogavertint, an secus, paucis excutere. Ubi quidem diffiteri non possumus, discrepantes super hâc re Doctorum deprehendi sententias, aliis quidem usurpatum illum ab Hebræis morem approbantibus, aliis ex adverso iniquitatis accusantibus. Hebræorum hic quidem meminisse nihil attinet, qui ut sua exosculantur omnia, Legis præsertim oralis statuta, ita etiam Zelotas judicant fuisse, בני אדם בשרים

(iii) *Cap. 7. fol. § 66.* (kkk) *Hilc. Melachim cap. 9. Adde Gem. Hierosolymit. ad tit. Kiduschin cap. 1. f. 58. col. 8.*

ⲛⲓⲟⲩⲛⲓⲛⲓ *Viros rectos ac probos.* (lll) In quem sensum etiam Philo apud Grotium, (mmm) Κολαστον ὡς δῆμιον καὶ κοινὸν ἔχθρον ὄντα, ὀλίγα Φροντίσαντας οἰκειότητι καὶ τὰς παρηνέσις αὐτῶν διαγγελλέον πᾶσι τοῖς εὐσεβείας ἐρασταῖς οἱ ἀνυπεβήτω τῷ τῶχει ταῖς τῶν ἀνδρῶν ἀνοσίᾳ ἐπιδραμεῖνται τιμωρίας, κείνοντες εὐαγὲς τὸ κατ' αὐτῶν Φονᾶν. *Puniendus talis, ut hostis publicus omnium, spretâ qualicunque cum eo necessitudine, ejusque svasiones vulganda omnibus pietatem amantibus, ut sine morâ accurrant undique ad expetendum de Viro impio supplicium, firmè credentes, sanctam esse rem, ejusmodi hominis interficiendi appetitum.* Ipse Grotius etiam l. c. ubi iudicii illius zeli expressè meminit, haud obscurè ejusdem justitiam agnovisse videtur, cùm per illud reliquias prisca & privati juris ulciscendi conservatas esse arbitretur. Magis apertè verò in hanc rem scribit Joh. Seldenus (nnn) *Zelotarum jure dum pii & Sancti utebantur, privati quidem ipsi, sed publicâ nixi auctoritate atque moribus è Majorum disciplinâ receptis benè consultum est & Numinis, & templi, & Gentis, Sanctitati, quam tueri volebant, atque inviolatam servare.* In eandem sententiam concedit etiam Clar. Heideggerus, (ooo) cui idcirco cum moderamine inculpatæ tutelæ, & Lege de nocturno fure occidendo illud conferre placuit, quibus addi possunt, quæ in eadem causâ differit *Celebris Anglus Joh. Marshamus* (ppp) Non desunt interim, qui utut introductum Hebræorum moribus tale iudicium esse admittant, ab injustitiâ tamen illud abfolvi per omnia haud posse fateantur. Concludit ita

C 2

Da. D.

(lll) *Vid. Glossa Raschi ad c. 9. Sanhedr.* (mmm) *De J. B. & P. lib. 2. cap. 20. pag. 581.* (nnn) *De J. N. & G. lib. 4. c. 6.* (ooo) *Histor. Patriarch. Pari. 1. p. 613.* (ppp) *Canon. Chronic. Sec. 9. pag. 168.*

Dn. D. Osiander (qqq) iudicium zeli, scribens, seris temporibus introductum malè refertur ad Phineam; Phinea enim factum fuit extraordinarium, à nullo privato imitandum. Reprehendit etiam eundem morem, zelotas cum Nebulonibus pari passu ambulare iudicans Clar. Ligtfootus (rrr) Pertinet huc iudicium Celebris inter Reformatos Theologi Hoornbeckii (fff) Non benè inquentis, meo iudicio Judei, ex factis singularibus, quale Phineasti illud fuit, jus sibi condiderunt: Cum illud singulare fuerit, non ex aliquo communi jure ortum, vel illud constituens, sed peculiari ductu & incitatione Spiritus S. patratum. Expresse verò justitiam usurpati istius iudicii impugnandam sibi esse duxit haud ita pridem Guilielmus Saldenus (ttt) per cujus vestigia & nos hâc vice incedemus, rationes, quibus destrui juris istius ab Hebræis ita usurpati licentia commodè possit, haud proletarias suppetere arbitrati. Certum nimirum ante omnia est, Sanctiorem nullam Dei, vel permissivam vel præceptivam de hoc iudicio exercendo in Sacris exstare, id quod nec ipsi diffiteri possunt Hebræi, dùm juris istius consuetudinem per Legem ἀγγελικὴν, sive per oralem constitutionem introductam ac stabilitam esse contendunt. Utut verò magnifica de Sanctitate ac præstantiâ Legis istius פרה שבער vulgò profiteantur Hebræi, aded, ut R. Abraham Zachuth in libro Fuchasin (uuu) sequentia ex לולא התורה שבער פה היתה אמר de illâ prædicet כל התורה בעיוון שהרי חרבה מקראות סותרין זה את זה ואי אפשר לעמוד עליהן ולישבן רק בתורה

(qqq) *Observat. ad Gros. pag. 1133. (rrr) In Hor. Thalmud. in Joh. cap. 16. p. m. 1109. (fff) In Theolog. Pract. Parat. 2. cap. 10. pag. 123. (ttt) In Oriis Theolog. lib. 4. Exercit. 1. §. 26. pag. 632. 633. (uuu) Pag. 158. Conf. Hottinger. Thesaur. Philolog. pag. 557.*

Absque Lege Orali tota Lex in tenebris esset. Multa enim in Scripturâ sunt pugnancia, neque iis inniti, aut conciliare ea possemus, nisi per Legem oralem, quam accepit Moses à Sinai: merum tamen illam ac inane esse otiosi cerebri commentum, ipsi inter Judæos agnoverunt Sadducæi, de quibus Elias Thisbi (www) quem vocant, refert כפרו בתורה שבעל פה ולה האמינו רק מה שיכתוב בתורה שבכתב Negant Legem oralem, neque fidem habent, nisi Legi in Scripturam relata, nimirum non Legi tantum Mosaicæ, cæteris Libris Sacris repudiatis, uti nonnulli locum istum explicarunt perperam, sed toti quidem Sacræ Scripturæ, in quantum Traditionibus & non scriptæ Legi contradistinctur, ut ex professo satis ostenderunt Joh. Scaliger (xxx) Johan. Drusus (zzz) imo ipse etiam Menasse Ben Israel (a) quem tamen pro auctoritate Legis istius, quam vocant, oralis, acriter decertantem confutavit egregiè Clar. Hoornbeckius (b) cum quo conferri etiam meretur elegantem inter Pontificias & Pharisaicas traditiones comparisonem instituens Hottingerus. (c)

§. V. Uti verò divino mandato ac concessione destituebatur vis ista iudicii inter Hebræos usurpata olim, ita suadet ulterius sana & Sacrarum Literarum luce colustrata Ratio, jus gladii, quod utique affectabant Zelotæ, ad internecionem usque hominis in delicto graviore deprehensi procedentes, neutiquam æquali in æqualem, cui mutua potius proximi charitas commendatur, competere, sed Magistratui Superiori in inferiores sibi subje-

C 3

ctos,

(www) *In voce צרוק.* (xxx) *In Elench. Tribares, cap. 46.*
 (zzz) *De tribus Sect. lib. 3. cap. 9.* (a) *Lib. 1. de Resurrect. c. 6.*
 (b) *De Convincendis Judæis. lib. 1. cap. 1. pag. 79. seqq.* (c) *In Thesaur. Philolog. lib. 2. cap. 3. pag. 556.*

ctos, cui soli Personam Dei sustinenti, & vicariâ ratione vindictam publicè exercenti, potestatem etiam cum occasione delinquentis concessam esse, planè persuasi sumus. Equidem incomparabilis ille *Hugo Grotius* (d) in eâ est sententiâ, naturali jure determinatum non esse, quis punire debeat, sed in naturali Libertate constituto cuiusvis sui juris homini competere; convenientissimum interim esse, ut in Civitate ordinatâ illud summis quidem potestatibus, non autem quâ aliis imperant, sed quâ nemini parent, adscribatur. Proinde admittit quidem per Naturam ad superiores jus istud pertinere, sed accepto nomine Superiorum, non in sensu proprio, prouti denotat verum aliquod & efficax imperium alicujus in delinquentem; sed figurato, ac si is, qui malè egit, eo ipso se quovis alio, cui nihil simile objici possit, inferiorem fecisse censeatur. Cum *Grotius* facit etiam *Veltthusius* (e) sentitque ferè idem *Hugo du Roy* (f) Enimverò alia nobis hæc in parte opinio arridet, quippe qui nemini facultatem illam competere constanter credimus, nisi qui actuali imperio in alium, cui soli Deus, uti ex *Rom. 13.* constat, jus gladii adjudicavit, instructus est. Utut enim ob malitiam nonnullorum, & istam tùm Deum, tùm Proximum, lædendi propensionem, necessarium omninò esse videatur, vindictam exercere, licet etiam unusquisque in quacunque etiam Societate vivat, actiones suas ita componere teneatur, ut ad gloriam Dei promovendam, & socialitatem conservandam faciant; non tamen inde colligi potest, singulorum interesse, ut quoscunque actûs eò pertinentes suscipiant, qui scilicet justè suscipi, aut exerci

(d) *De J. B. & P. lib. 2. cap. 20. §. 3.* (e) *De Justit. Divin. & Human. part. 2. passim.* (f) *De eo quod justum est l. 1. Tit. 6. num. 3.*

ceri nequeunt, nisi & alia requisita, quæ actionem legitimam reddant, concurrant. Soli ergò nos Magistratui præeunte imprimis Sacro Codice jus istud vindicandi delicta suorum, reservamus, cum solus ille arbiter publici sit, Legumque ut Custos à Deo, ita & Vindex violatarum constitutus. Conferatur, si placet, *Cl. Dn. Becmannus* (g) nec non *Excell. Dn. Præses*, (h) *Fautor meus*, *studiorumque Promotor*, *omni honoris ac amoris affectu ætatem devenerandus*. Et ponendo etiam, Naturam non determinasse, utrum hic vel ille pœnarum exactor esse debeat, non magis certè quàm eadem huic vel illi Individuo Regiam potestatem determinate concessit, rationes tamen in medium allatæ evincunt apertèius, statuendi pœnam, ceu sententiæ judicialis executionem à Superiori debere proficisci, i. e. à tali, qui potestate imperandi in reum sibi subjectum instructus est. Fortè etiam non malè *Pufendorffius* (i) hypothesein illam Gro-tianam falsitatis accusat, quælibet peccata ita destruere dignitatem hominis, ut eorundem commissione infra naturam humanam semetipsum aliquis dejiciat. Nec videtur sequi ista quidem collectio, peccavit hic, ergò mihi, qui à peccato illo immunis sum, potestas competit pœnam de ipso sumendi. Ut enim non licet mihi jus dicere illis, qui imperio meo non sunt subjecti: ita nec ultionem aut vindictam deprecere possum, præsertim pro altero, nisi defensio ejusdem, in quem facinus commissum fuit, ex speciali causâ mihi in juncta fuerit. Utut itaque digna fortè haberi potuerint recensita scelera,

quæ

(g) *In Medit. Polit. cap. 15. §. 3. pag. 207.* (h) *In Dissert. de Jure puniendi delicta §. 4. pag. 39.* (i) *De J. N. G. lib. 8. cap. 3. §. 7. pag. 1055.*

quæ justâ animadversione, imò & exigentè flagitii gravitate, capitali supplicio à competente Judice afficerentur, ex dictis tamen liquet, hominem privatum, qualis utiquè erat Zelota Hebræus, ob defectum qualitatis moralis ad pœnam de altero præfertim capitalem sumendam necessariæ, nullam justam habuisse causam, quâ ad vindicanda delicta, id quod ipsi integrum non erat, cum internecione alterius exitaretur. Ut proinde rectius senserint meliora aliquando edocti Judæi, qui sic apud *Josephum* (k) *Παραβάς τὸν ἡμέτερον νόμον ὃς καλώλυκεν ἀνθρώπων ἀναίρεϊν καὶ πονηρῶν ὄντα, εἰ μὴ πρότερον κατακράσειν τὸ πᾶσι ὑπὸ τῶν συνέθεσις.* *Transgressus Leges nostras, quæ hominem, quantumvis scelestum, non sinunt tolli, nisi prius morte damnatum à Synedrio.* Obstat nimirum generalis illa Dei Lex, *Levit. 19. v. 18.* vindictam omnem privatam severè prohibens, quæ etiam inter præcepta negativa ipsorummet Hebræorum vigesimum tertium est, *לֹא יִשְׁלַח אָדָם לְעַמִּיתוֹ וְלֹא יִשְׁלַח אָדָם לְעַמִּיתוֹ וְלֹא יִשְׁלַח אָדָם לְעַמִּיתוֹ* non esse vindictam sumendam, cujus præcepti vim ita apud *Hottingerum* (l) explicat *R. Levi Barzenolita* הוא והענין הוא כגון ישראל שהרע או צער לחבירו באחר מול הדברים ונוהג רוב בני העולם הוֹלֵךְ יסורו מלחפש אחר מי שהרע להם אך שיגמלוהו כמעשהו הרע או יכאיבוהו כמו שהכאיב לו והורה מנענו השי באמרו לֹא תִקוּם. *Sensus hic est Regula: Cùm scilicet Israëlita molestiâ aut dolore affectit proximum quomodocunque, non cessant plerique homines occasione tamdiu inhiare, donec malè facienti sibi paria reddiderint, eodemque modo tristitia illum affecterint; atque ab hoc vitio Deus benedictus mandato hoc suo, ne ulciscaris; nos coërcet.*

§. VI. Elu-

(k) *Antiquitat. lib. 14. cap. 17.* (l) *De Jure Hebræorum. pag. 372.*

§. VI. Elucescit cæteroqui injustitia istius juris à Ze-
 lotis usurpati, vel ex hoc capite, quòd ubi constituta sunt
 Civilia judicia, quorum interest, in scelera ac flagitia ani-
 madvertere, nihil utique potestatis relictum sit privatis
 hominum judiciis, quocunq; nomine veniant, nec locum
 illa ullum invenire possint, nisi excepto unico fortè casu,
 quoties expectari Judex publicus nequit sine certo peri-
 culo aut damno, quo pacto momentaneè vim publicorum
 judiciorum cessare, rectè quidem docet *Grotius*. (m) At
 quid damni aut periculi, quod metuendum fuerit, quæve
 necessitas allegari poterit, quæ privato homini jus dare
 potuerit, alium sibi æqualem delicta graviora committen-
 tem, quibus tamen sibi præsens discrimen nullum creaba-
 tur, interficiendi, præsertim cùm ex mente Hebræorum
 decem Testibus præsentibus actus iste Zelotarum exerceri
 deberet, à quibus comprehendi facilè atque ad publicum
 forum trahi poterat, ut cognitâ ibi causâ justa in reum
 pæna statueretur. Nulla certè ratio suppetit, quâ per-
 suadere nobis *Vir Clar. Heideggerus* (n) possit, antiquum
 illud Zelotarum jus cum moderamine inculpatæ tutelæ,
 & Lege de fure nocturno impunè occidendo, æquali pas-
 su ambulare. Illud enim ex conservatione ac defensione
 sui, unicuique per naturam, non tantùm permittit, sed &
 injunctâ fluit, aded quidem, ut qui propriam hâc in parte
 salutem negligit, eamque alterius saluti postponit, ab ho-
 micidio sui vix absolvi queat, uti rectè satis in hanc
 rem scribit *Gregor. Sayrus* (o) quibus gemina sunt, quæ
 habet *Bartolom. Romulejus* (p) & *Johan. Lignanus* apud

D

Mari-

(m) *De J. B. & P. lib. 1. c. 3. §. 2.* (n) *In Hist. Patriarch. Part. 1. pag. 613.* (o) *In Thesaur. Cas. Conscient. lib. 3. cap. 9. dab. 6. pag. 430.* (p) *In Tract. de homicidio Part. 1. pag. 163.*

Marium Salomonium (q) Qua quidem in defensione sui si contingat inuasorem violentum interfici, alter quidem non animo ulciscendi, sed tantum vim injustam propellendi, ac vitam suam defendendi illud fecisse intelligitur, quod requisitum etiam a parte defensoris exigunt Morali Doctores *Chemmitius* (r) *Gerhardus* (s) *Danhauerus* (t) *Thummius* (u) *Balduinus* (w) *Feurbornius* (x) *Osiander* (y) *Pufendorffius* (z) *Rivetus* (aa) aliique passim. Legem verò, quod concernit, de fure nocturno impunè interficiendo præterquam quod expressa permissione Dei *Exodi* 22. nitatur, quam Zelotæ præterdere nequeunt, hanc etiam luculentam satis rationem continet, quòd qui noctu ædes alienas effringit, præsumptionem aggressoris violenti, qui & vitæ ipsi insidias struere videtur, adversus se habeat, incertumque sit, num animo simplici furandi, an verò alterum, si restiterit, interficiendi accedat, qualem ipsi tribuunt *Gemariſte* apud *Coccejum* (bb) הזקרה אין אדם מעמיד עצמו על ממונו והאי מימר אמר אי אזילנא קאי לאפאי ולנא שביק לי ואי קאי לאפאי קטילנא לירי והתורה אמרה אם בנא להורגך השכם להורגו
i. e. certum est neminem hominum de bonis suis concessurum. Iste igitur sic cum animo suo decernit. Si vadam, Dominus adium mihi obsistet, neque finet me. Si obsistet mihi, occidam eum. Jam Lex ait: qui Te invadit animo cadem faciendi, occupes cadem licet. In tali itaque casu ubi periculum in morâ

(q) In *Tract. Defension.* p. 560. (r) *P. 2. L. C. Cap. de Vin-*
dicta pag. 140. (s) *Exeg. de Lege Dei* §. 158. (t) *Colleg. Deca-*
log. Disput. 12. §. 17. pag. 700. (u) *De bello* pag. 52. (w) *Cas.*
Conscient. lib. 4. c. 1. *Cas.* 13. (x) In *Anti-Ostrod* p. 405. (y) In
Theolog. Morali parti. 2. pag. 84. (z) *De J. N. & G. lib.* 2. cap. 5.
 §. 1. seqq. (aa) *Explicat. Decalog ad præcept.* 5. *Oper. Tom.* 1.
 pag. 13. q. 1. (bb) In *Nor. ad Sanhedr.* c. 8. pag. 69.

morâ subest, nec Judex conveniri publicus potest, quin cum cæde etiam si conservatio nostri promoveri aliter non possit, violentiam alterius amoliri liceat, dubium nulum est, prouti illud circa Legem Hebræam de fure noturno, quam etiam aliæ gentes adoptarunt, deduxerunt latius *Danhauerus* (cc) *Tabor* (dd) *Pufendorfius* (ee) & præsertim *Bæclerus*. (ff) Quod si quid fortè affine huic Zelotarum judicio ex Sacris Literis adduci mereatur, posset fortè huc גְּאוּלְרֵי הַדָּם *Vindictio Sanguinis* referri, quâ proximo interempti Cognato permittebatur cædem in occisore vindicare, ita ut ubicunque locorum, asylo duntaxat excepto, deprehensum vicissim trucidare impunè posset, nullâ habitâ ratione sive cædes ab altero כּוֹנֵן וּבֹלֵן *scienter an imprudenter* esset profecta. Sed & hîc divina aliquoties intercessit dispositio (gg) qualem iterum jactitare Zelotæ non potuere, non tam permittens, quàm tolerans istiusmodi processum, prouti præclare in hac causâ judicat *Lucas Osiander*: (hh) *Licetbat aliàs apud Judeos Cognatis occisi vindicare cædem, & homicidam vicissim interficere, etiam non præcedente ordinariâ causa cognitione. Quam violentiam Deus in populo duræ Cervicis non tam approbavit, quàm toleravit, sicut etiam divortium ex aliâ, quam adulterii causa usurpatum, magis dissimulavit, quàm instituit. Quod autem Clar. Seldenus* (ii) quicquid ita olim ex Zeli judicio perpetratum fuit, non tam privatâ, quàm publicâ auctoritate, nixum fuisse contendit, suâ etiam difficultate haud caret. Rectè enim ex

D 2

adver-

(cc) *In Colleg. Decalog. Disp. 2. Th. 16.* (dd) *De Abus. arm. in defens. bon. cap. 5. n. 17.* (ee) *De J. N. & G. lib. 2. c. 5. S. 17.* (ff) *In Not. ad Gros. p. 17. 18. 19.* (gg) *Conf. Num. 35. Deut. 19. Jos. cap. 20.* (hh) *In Not. interlinear. ad Bibl. Latin. ad Num. 35. pag. 13.* (ii) *De J. N. G. lib. 4. cap. 4. p. 506.*

adverso obvertit *Saldenus* (kk) si publicâ auctoritate jus hoc exercuerunt, quo jure ergò privati toties ab eodem salutantur. Equidem ipse modò laudatus *Seldenus* alibi (ll) jus istud cum Atheniensium Legibus comparat, quibus cautum erat ἐὰν τις δημοκρατίαν καταλύη τῶν Ἀθηναίων ἢ ἀρχὴν ἢ τινα ἀρχὴν καταλελυμένης τῆς δημοκρατίας πολέμῳ ἔσται Ἀθηναίων καὶ νηπιονῆ τεθνήτω (ut *Psephismatis* verba sunt apud *Andocidem* (mm) *Si quis Democratiam Atheniensium evertit, aut eversâ eâ Magistratum gesserit, ut hostis Atheniensium censendus erit, & cuique eum occidere impunè sit.* Simile quid apud Veneros obtinet, apud quos Banniti, quos sic vocant, sine crimine interfici posse censebantur, fuitque olim in Angliâ idem jus concessum in Utlagatos five extra Legis protectionem positos, qui idcirco *Caput Lupinum* gerere dicebantur, quod Luporum instar â quovis interfici impunè possent, ut ex *Heinr. Bractonio*, vetusto quodam inter Anglos Jcto refert *Seldenus l. c.* Nec inficiari penitùs licet, prostare passim exempla, ex quibus ipsum vitæ & necis jus privatis etiam hominibus citra prævium judicium publicum exercendum â potestate Civili aliquando commissum esse constat. Ita enim apud Romanos Marito in uxorem, Patri in Liberos illud licuisse usurpare, testes sunt *A. Gellius* (nn) *Dionys. Halicarnassæus* (oo) *Valer. Maximus* (pp) *Seneca* (qq) De Gallis idem prodidit *Julius Cæsar* (rr) Inter recentiora memoratu imprimis dignum est, quod aperit *Limneus* (ff) Inter No-

(kk) *In Otii Theolog. lib. 4. Exercit. 1. pag. 632* (ll) *De Synedr. Veter. Hebr. l. 2. cap. 14. §. 3. p. m. 586.* (mm) *Orat. 1. sen de Mysteriis.* (nn) *Lib. 10. cap. 23.* (oo) *Lib. 2. Antiquit. Roman.* (pp) *Lib. 5. cap. 8. §. 2. seqq.* (qq) *De Clement. lib. 1. cap. 15.* (rr) *Comment. de bello Gall. lib. 6.* (ff) *Enucleat. lib. 4. cap. 39. §. 7.*

ter Noribergensia Privilegia esse quoddam, quod terribile vocant, Republicæ ab Imperatore Ludovico concessum. A. O. R. 1320. quo Parentibus permittitur, ut filios ἀκολάστους & inobedientes turris carcere coëreeant, aut vivos in profluentem demergant. Conf. plura istiusmodi exempla omni studio, ut domesticæ scilicet hypothesei inservirent, collecta à *Bodino* (tt) & *Joh. Frieder. Hornio*. (uu) At, quæcunque tandem illa sint, res meri facti exhibent, non juris, manetque adhuc dubium perpetuò, num justè satis ac consultò Magistratus, cui soli Deus vitæ & necis sanctissimè tribuit, egerit, quoties rem tanti momenti, quæ hominis, vitam concernit, arbitrio privati alicujus hominis affectibus obnoxii, & causam plerumque suam prosequentis tam facilè commisit. Lex enim Civilis, ut in consimili negotio rectè concludit *Dn. Osiander* (ww) cùm fori tantùm externi sit, ac impunitatem nudè respiciat, conscientiæ omnimodam securitatem polliceri non potest, præsertim in tali re, qua divinæ Legi haud satis correspondet. Plerumque istiusmodi facilitas ac indulgentia nimia in perniciosissimam licentiam degenerat, & atrocissimis flagitiis ac promiscuis innocentum cædibus fores aperire solet. Zelotarum quidem impetus quò tandem abierit, fatetur *Cunæus* (xx) *In Zelotarum*, scribens, *motibus, qui omnem penè Judæam turbaverunt, nihil perinde obsuit, atque mos jam exortus, ut speciosâ præscriptione homines quidam turbulenti spei suæ, cupiditatisque velificarentur.* Quanta sane scelerum strages ab hâc hominum fæce Hierosolymis edita fuerit, enarrat passim *Josephus*

D 3

(tt) *Lib. 1. de Rep. cap. 4.* (uu) *Lib. 1. Polit. Archisecl. c. 2.*
 (ww) *In Nor. ad Gros. pag. 640.* (xx) *De Republ. Hebr. lib. 2. cap. 17. p. m. 261.*

phus (yy) Zelotarum nomen hinc inde pessimis quibusvis affectantibus, ut colorem addere facinoribus suis possent, viderenturque *ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς ἐπιτηδεύουσι ἀλλ' ἔζηλώσαντες τὰ κάκιστα τῶν ἔργων καὶ ὑπερβαλλόμενοι* ac si optimis rebus studuissent, & non pessima facinora, usque ad nequitia summum zelo affectassent. Addatur & Hornejus. (zz) Ut vel ob hanc causam eosdem cum Assassinis comparare haud dubitaverit *Lightfootus*, (aaa) quo nomine quosvis ficarios ac homicidas, præsertim verò illos, qui mercede acceptâ alterum interimunt intelligi scribit *Clar. du Fresne*; (bbb) *Saldenus* (ccc) verò eos in specie designatos esse vult, qui è Perfide profecti & Muhamedis persuasione imbuti nihil antiquius habebant, quàm hostes Religionis suæ quoquo modo interimere. Quibus similes sunt in India Faquieri, ut appellantur, qui idololatræ ducti zelo obvios quosvis a religione suâ alienos immani crudelitate perimunt, quo de prolixè differentem habemus *Johan. Bapt. Tavernier*. (ddd) Celebris alias in Belgio hodiernum Philologus *Joh. Frieder. Gronovius* (eee) Zelotas istos Hebræos conferri posse arbitratur cum executoribus iudicii Westphalici (des Bann-Gerichts) olim à Carolo M. instituti, quo à delegatis & selectis ad id negotium Scabinis, quotquot à juratâ fide deficere protervè, & tumultus cière publicos, deprehensi essent, citra prolixiores tergiversationes suspendio necabantur, uti videre est apud *Münsterum* (fff) *Aventinum* (ggg) nec non *Æneam Sylvium*

(yy) *De Bello Judaico cap. 4. lib. 12.* (zz) *In Comp. Hist. Eccles. lib. 1. cap. 14. pag. 77. 78.* (aaa) *In Hor. Talmud. in Joh. cap. 16. p. 1109* (bbb) *In Glossar.* (ccc) *Oriis Theolog. pag. 637.* (ddd) *In Itiner. Part. 2. lib. 3. cap. 24. pag. 200.* (eee) *In Nos. ad Gros. pag. 504. Edit. Amstel.* (fff) *Cosmograph. lib. 3. cap. 45.* (ggg) *Lib. 4. Chronic. Mansfeld. c. 8.*


vium, qui suo adhuc tempore iudicium illud sub nomine *Vetiti* viguisse scribit. (hhh) At enim dubium videri possit, utrum ista iudicii Saxonici ac Westphalici ratio cum iudicio Zeli Hebræorum satis congruat, cum & publicâ illud magis auctoritate munitum, & à certis iudicibus, quibus delicti, occulta licet & brevior, a accurata tamen inquisitio commissâ erat, institutum fuerit, quanquam procedente tempore & hoc ipsum iudicii genus in abusum versum, & variis hominum innocentum cædibus coinquinatum fuerit, referente illud ex annalium Scriptoribus *Erasmo Francisci*. (iii)

§. VII Quæ interim ab iis, quibus iustitiam iudicii istius tueri placet, allegari solent frequenter Exempla, ita omninò comparata sunt, ut vel res meri facti exhibeant, vel *ἑσιών* in se contineant, atque ex singulari quodam & haud in iuge exemplum trahendo instinctu promanasse dicenda sint. Ad illud genus pertinet instituta Lapidatio in Stephanum & conjuratio in Paulum, quos actus è Zeli iudicio profectos pariter esse *Grotius* (kkk) & *Marschamus* (lll) contendunt, utut fortè requisita à nobis superius recensita, quæ circa exercitium istius iudicii observanda fuisse docent Hebræi, utriquè actui non satis correspondent. Phineasi factum planè singulare est, quod cum in imitationem pertrahere, & Regulam inde ac ius agendi sibi condere voluerint Hebræi, perperam egisse merito censentur *Hoornbeccio* & *Osiandro*. (mmm) Processum etiam Christi contra Numularios & Nundinatores in Templo Hierosolymitano institutum, utut ex eodem Zeli iudicio


(hhh) *In Hist. Europ. cap. 36. Opp. p. 431.* (iii) *In der letzten Rechtschafft Consider. 11. pag. 296.* (kkk) *Lib 2. cap. 20.* (lll) *Can. Chronic. Sec. 9. p. 168.* (mmm) *Locis §. 4. citat.*


dicio profectum esse demonstrare multis laboret Cl. *Seldenus* (nnn) nondum tamen ita res omnis expedita factis est. Placet nobis magis, laudati sæpius *Saldeni* (ooo) qui præ cæteris Historiam illam illustravit egregiè, accuratum hæc in re iudicium: *Utcunque processus iste, scribentis, Servatoris Zelo, quo incensus erat, à Discipulis attribuitur, non tamen inde sequitur, eum jure hoc Zeli usum fuisse, nisi dicere alicui libeat, omnes illos, qui Zelo singulari in prestando hoc vel illo bono opere acti quondam sunt, secundum jus hoc semper processe.* Causas certè singulares, quæ Servatorem nostrum ad arduum illud repurgationis negotium instituendum invitaverint, collectim exhibet *B. Dn. D. Calovius* (ppp) pollutionem scilicet illam templi gravissimam indignissimam & scandalosissimam fuisse docens, cum falsà insuper persuasione de peculiari Sanctitate pecudum & avium in loco sacro prostantium conjunctam, & sub specie promovendi cultûs divini designatam; ideò ab eo, qui Dominus erat Templi, & ad purgandum filios Levi venerat *Malach. 5. v. 13.* minimè tolerandam; quem etiam à purgatione Templi ordiri voluisse scribit, eò quòd cultum divinum universum reparaturus & doctrinam cœlestem restauraturus esset, ut falsam prius doctrinam falsumque cultum reformari ante, quàm Religionis veræ curam & studium suscipi debere doceret. Quibus ita ענין רעותינו לפי ענין רעותינו *pro tenuitate scientiæ nostræ* expeditis receptui canimus, Divinoque Numini pro præstito auxilio gratias devotas persolvimus.


(nnn) *De J. N. & G. lib. 4. cap. 5. p. 507. & seqq.* (ooo) *In Otio Theolog. l. 4. Exercit. 1. §. 30. pag. 635. 636.* (ppp) *In Bibl. illustr. ad Job. cap. 2. fol. 688.*



Bel-
fa-
qui
um
ris
op
di-
do
oc
co-
m
D.
is-
s,
e-
d,
ed
os
m
d
m
n
e
ra
li-
o
)
is







the scale towards document



adhuc tempore iudicium illud sub nomine
scribit. (*hbb*) At enim dubium videri pos-
iudicii Saxonici ac Westphalici ratio cum
Hebræorum satis congruat, cum & publicâ
uctoritate munitum, & à certis iudicibus,
occulta licet & brevior, accurata tamen in-
missa erat, institutum fuerit, quanquam pro-
ore & hoc ipsum iudicii genus in abusum
ariis hominum innocentum cædibus coin-
rit, referente illud ex annalium Scriptori-
ancisci. (iii)

Quæ interim ab iis, quibus iustitiam iudicii
cet, allegari solent frequenter Exempla, ita
parata sunt, ut vel res meri facti exhibeant,
e contineant, atque ex singulari quodam &
exemplum trahendo instinctu promanasse
Ad illud genus pertinet instituta Lapidatio
& conjuratio in Paulum, quos actus è Ze-
ectos pariter esse *Grotius (kkk)* & *Marscha-*
ntendunt, utut fortè requisita à nobis su-
a, quæ circa exercitium istius iudicii obser-
ocent Hebræi, utriquè actui non satis cor-

Phineasi factum planè singulare est, quod
onem pertrahere, & Regulam inde ac jus
dere voluerint Hebræi, perperam egisse me-
Hoornbeccio & Osiandro. (mmm) Processum
ontra Numularios & Nundinatores in Tem-
nitano institutum, utut ex eodem Zeli ju-
dicio

Hist. Europ. cap. 36. Opp. p. 431. (iii) In der
ffr Consider. 11. pag. 296. (kkk) Lib 2. cap. 20.
ic. Sec. 9. p. 168. (mmm) Locis §. 4. citatis.